

debeatur *Sempronianus*. Et melius instit. de legatis. §. si quis in nomine, ibi. Si quis in nomine, cognomine, prenominem, agnomine legatarij testator erraverit, si de persona constet, nihilominus valet legatum. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio qualibet modo intelligantur, nihil interest. Item probatur ex d. c. significante, de rescript. quia ratio decisionis eius textus est, quod ex nullo adiecto poterat constare de persona contra quam est rescriptum impetratum: & ideo non obstante errore in designatione diocesis, valeret utique, si ex alijs circumstantijs de illa persona constaret, vt tradunt ibi Innoc. n. vnico, Abb. nu. 4. Immola. n. 4. Felinus statim in principio. Bellemera. n. 8. Henricus, nu. 1. Nec obstat priuilegium iuxta supplicationem intelligi. Quia id est verum de substantiis contentis in supplicatione, & persona, cui fuit verè intentio impetrandæ gratiæ, si de ea constet, quamvis erratum sit in nomine. Et ita docent Host. c. super literis, nu. 12. de rescript. Anton. d. c. significante. num. 9. & Speculator, Bartolo, & multis alijs allegatis Felinus ibi. n. 1. Milis in repertorio, litera. R. n. 7. verb. rescriptum, vers. rescriptum si continet. Petrus de Ledesma summa sacram. vbi de matrim. c. 27. post. 7. cõclusionem, dubio. 2. & Perez addit. ad Seguram. l. imperator num. 41. ff. ad Trebell. ait se ex multis defendisse valuisse gratiam à Papa cuidam concessam, in cuius patris cognomine erratum est. Quia dictum fuit eum esse filium Ioannis Sanchez, cum esset Ioannis Lopez.

38 Sed maior difficultas est, quando concedens gratiam norat personam, cui petita est, errato nomine veri petitis. Videtur enim gratia subreptitia. Quia error personæ est substantialis, vt contingit in matrimonio. Nec obstat si dicas valere cætera sacramenta, licet conferens prorsus erret in persona. Quia in cæteris sacramentis tenetur cõferens dirigere intentionem ad personam quæ sibi præsens est, ne sacramentum irritet: ac proinde error circa personam est nullius momenti ad eorum valorem. At cum dispensatio sit gratia, non tenetur concedens dirigere intentionem, nisi ad personam, quæ sibi proponitur. Sed existimo adhuc valere, quando ex alijs circumstantijs non constaret à cõcedente spectatam esse personam sibi notam, habitamque specialem illius rationem ad concedendam dispensationem, sed constat eodem modo

concedendam cuiusque petenti. Quia in his omnibus ad Principis officium spectantibus, mens eius est propositæ causæ iustæ merita attendere, atque quantum erretur in nomine personæ, intentionem dirigere ad eam, cui verè petitur. Cum nullam dispensandi ansam persona ipsi præbet, sed merita causæ. Sicut in collatione sacramentorum cõtingit, dempto solo matrimonio, quod est contra d. cum persona omnino determinata.

39 Tertiò deducitur, quid dicendum sit, quado erratur in diocesi, cuius erat, si impetratur dispensatio? Vt dictum est eum esse diocesis Salmantiniæ, cum tamen esset Cordubensis, ac proinde commissio facta est Salmantino officiali. Et quidè manifestum videtur non posse officialè Salmantinum eam dispensationem exequi. Quia cum per errorem id factum sit, deficit intentio Pontificis committentis, quæ est cõmittere legitimo ordinario impetrantis, iuxta præscriptum in Tridentino, ses. 22. c. 5. de refor. Quare difficultas est, an Cordubensis, qui est legitimus ordinarius, possit illam exequi? Pars affirmans suadet, quia legitima Pontificis mens est, committere vero ordinario impetrantis, & quasi materiale est, ac per accidens, appellare illum Salmantinum. Cum ergo de corpore cõstet, nil obstat videtur error nominis. Et confirmatur, quia non minus est de gratiæ substantia persona, cui cõceditur, quàm eius gratiæ executor. Si ergo error in illa non vitiat, vbi constat de corpore, nec vitiat error in hoc. At in contrarium facit, in hoc euentu non esse errorem in nomine, qualis esset, si diceretur appellari officialem verè diocesis Petrum, cum appellaretur Ioannes. Sed erratum est, asserendo postulantem esse diocesis Salmantiniæ, & virtute petita est commissio officiali Salmantino, atque illi noluit Pontifex committere. Cum concessio fuerit inuoluntaria, vt potè ex errore orta. Et quantum si petita esset vero ordinario Cordubensi, illi cõmitteretur, at illi nec petita est, nec commissio. Deinde quia error quantumvis culpa vacans non efficit vt rescriptum extendatur ad casum, qui sub verbis eius non comprehenditur, quam si is petitus esset, literæ similiter concederentur, vt bene docent Innoc. c. super literis. n. 3. vers. & nota, de rescript. & ibi Ioan. And. nu. 5. Abb. nu. 3. sine. Decius in noua editione. n. 13. alios referens. Idem Abb. c. significante.

num.

nu. 3. eodem tit. id colligens ex Gloss. ibi verb. non de Remensi. Et ponunt hi hoc exemplum. Si impetras narravit in rescripto Titium sibi obligatum ex mutuo, petes vt cogatur satisfacere, & errant in causa debiti, vt potè quod ex alio contractu cõsurgit, non poterit eo rescripto iuari. Facit etiam pro hac parte doctrina Baldi. l. præscriptio. num. 15. C. si contra ius, vbi rescriptum subreptitium vocat, si quis in ciuitate Perulina se nummos mutuo de se cuidam narret, & impetret rescriptum destinans in ea ciuitate iudicem, qui debitorem compellat soluere. Quia (ait) si Princeps noster contractum cum eo initum esse quos alios non subest iurisdictioni Perulina, non commisit illi causam. Quia vbi quisquam forum ordinarij, sortitur etiam forum delegati, vt optimè tradit Innoc. c. dilecti. n. 3. vers. sed dic. de foro compet. Et ideo hæc pars verior mihi videtur.

40 Quarta deducitur, quid dicendum sit, quando vinculum, in quo dispensandum est, proponitur sub dubio, cum tamen sit certum? Vt si quis proponat se dubitare an castitatis votum emiserit, peratque ad maiorem conscientiam tranquillitatem dispensari secum, cum tamen de voto emisso certum sit, & alleget veram causam, vt carnis stimulus. Respondendum enim est, dupliciter posse literas dispensationis expediri, primò in forma communi, asserendo votum, sic. Quidam emisit votum castitatis: & tunc constat dispensationem valere. Quia in precibus votum certum continetur. Secundo narrando in precibus votum sub dubio, sic. Quidam est dubius an votum castitatis emiserit. Et tunc posset quispiam existimare validam esse dispensationem. Quippe satis est, alteram causam verè sufficientem dispensationis verificari (vt dicemus nu. 44.) cuiusmodi est graue periculum incontinenti ob carnis stimulum. Sed re attentè considerata credo nullatenus valere. Quia est error in substantia rei, in qua dispensatur. Pontifex enim non dispensat in voto certo, sed in voto dubio. Sicut non valeret remissio debiti obtentæ, allegata vera paupertate, at falsa debiti dubitatione. Quia remissio non fuit debiti certi, sed dubij. Et cõfirmatur, quia priuilegium, & concessio intelliguntur iuxta preces in supplicatione narratas (vt probauit n. 37.) At in precibus solum votum dubium narratur.

41 Quintò deducitur, quoties in dispensatione ad matrimonium in eundem, vel in alijs rescriptis vnica exprimitur causa, si ea falsa sit, corrumpere dispensationem, & rescripta, qualiscumque sit illa causa. Ratio est aperta, quia Pontifex commisit facultatem ordinario dispensandi sub conditione, si preces veritate nitantur, at tunc non nituntur: cum vnica, & ea falsa allegetur causa. Secundo, quia tunc Pontifex non vult absque causa dispensare, esto posset. Ergo si vnica causa, quæ ductus commisit dispensationem, à veritate deficiat, subreptitia erit dispensatio. Et cõfirmatur, quia etiam si aliquando soleat Pontifex absque causa aliqua allegata dispensare in gradibus aliquantulum remotis: id tunc ex certa scientia facit, & maioris compositione pecuniaria in sumptus publicos, quæ causam dispensationis præbet. Et ita docet Gu tier. q. canon. lib. 2. c. 15. n. 103. & 104. vbi & nu. 133. bene addit hoc procedere, etiã si per simplicitatem, aut ignorantiam, errorem contingeret ea falsitas. Quod constat ex dicendis nu. 56. Quia constat de voluntate Pontificis non aliter dispensare intendentis, nisi ea causa verificata.

42 Sextò deducitur, quoties in rescripto quocumque plures narrantur causæ copulatiue, quarum aliqua veræ sunt, alia falsæ, spectanda esse causam, qua nititur rescriptum, atque ea existente vera, non obstat cõterarum falsitas, argumento ex. §. si plures, instituta de excusa. tutor. Et ratio est, quia cum plura copulatiue narrantur, quæ de iure non sunt necessaria, resoluitur copulatiua illa in disiunctiuam, vt traditur. c. cum iam dudum, de præben. & docent Abb. & alij, quos refert, & sequitur Mascardus de probat. conclus. 325. nu. 3. At cõ distinctiue narratur causæ, sufficit alteram esse veram: ne rescriptum subreptitium sit, vt expressè habetur. c. inter cæteras, de rescript. Sic docent Gloss. c. 2. verb. & perpetuo, de rescript. & ibi Anton. nu. 5. Immola. n. 5. Ripa. n. 60. Felin. n. 23. fallentia 3. idem Anton. c. exhibitæ, in fine, de iudi. Lapis allegatione. 23. limitat. in fin. Bald. l. præscriptio. n. 28. vers. item infero. C. si contra ius. Romanus consil. 369. circa primum. n. 37. Milis in suo repertorio, litera G. n. 3. verb. gratia, vers. gratia non dicitur, & litera R. n. 7. verb. rescriptum, paulò post principium. Tasson. l. 1. §. sed est mihi. nu. 15. ff. de verb. obligat. & l. dedi, in principio. nu. 7. ff. de condit. causa data. Belle-

mera

mera decif. 280. licet plura nu. vnico, & decif. 415. si impetrati. n. vnic. Calcaneus consil. 10. n. 3. Parisius consil. 3. singula gesta. n. 90. & consil. 42. quantum ad altera trium. n. 8. & 9. volum. 4. Loazes de matrim. Regis Angliæ. dubio. 5. n. 40. Nauar. lib. 5. consil. in. 1. editione, tit. de penit. & remis. cõf. 20. n. vnico. in. 2. lib. 1. tit. de præscrip. consil. 7. n. vnico. Riminald. consil. 474. n. 46. & triplici sequenti, volum. 4. Pelaez de maioratu, in. 1. p. in. 1. editione, q. 8. n. 2. Mascard. de probat. conclus. 325. n. 8. Menoch. consil. 385. n. & 2. vol. 4. Gutier. q. canon. lib. 2. c. 15. n. 16. An hoc sit verum, quando per malitiam allegatur falsitas, dicemus. n. 73. & 74.

43 Quidam hoc temperant, vt intelligatur de rescriptis ad lites, secus de gratiosis, in his enim omnes causæ allegatæ debet esse veræ, ne subreptitiæ sint. Sic quædam decifio Rotæ, quam refert, & sequitur Mandosius additione vltima ad allegationem 23. Lapi. Mascard. de probat. concl. 325. n. 24. Gutier. q. canon. lib. 2. c. 15. nu. 68. Quare idem Gutierrez ibi. nu. 108. tuetur dispensationem ad matrimonium subreptitiæ esse, si vel vna causa ex pluribus allegatis sufficientibus falsa sit: & quæuis ex illis verbis allegatis solet semper de stylo Curie dispensari. Ducitur, quia cum hæc causæ pendant ex arbitrio, & voluntate solius Principis, & sermo sit de gratiosis: quauis aliàs dispensari existente vna, vel duabus ex prædictis causis: at nunc non aliàs dispensare vult, nisi existentibus veris omnibus prædictis causis in dispensatione narratis. Quod vel ex eo conuincitur, quia narratis pluribus illis causis, adijci solet in literis hæc clausula. *Super his te diligenter informes, & si repereris, quod preces veritate nitantur, super quatuor conscientiam oneramus, dispensa.* Vbi ponderandum est verbum, *Preces*, quod cum sit pluralis numeri, comprehendit omnia narrata, vnde si vel vnum falsum sit, nequeunt dici veræ. Idem patet ex eo relativo, super quo, quod est collectiuum omnium causarum præcedentium: vt ibi probat. Secundò, quia cum clausula illa sit conditionalis, inducit formam. At forma in indiuiduo seruanda est per iura vulgaria. Et tandem hoc limitat ipsemet Gutierrez ibidem. nu. 129. & 130. vt intelligatur, quando omnes causæ sunt æquæ principales: secus si causa falsa sit non tam principalis, sicut aliæ, nec tangat substantiam,

nec circumstantias necessarias dispensationis, sed potius sit talis, quæ verisimiliter non mouit Principem ad facilius concedendum.

44 Cæterum displicet prædicta limitatio, nec fundamentum eius sufficiens video: & idè credo tradita. nu. 42. esse quoque vera in dispensationibus, & alijs gratijs. Satis enim est verificari causam, qua innititur dispensatio, nempe, qua sola posita solet Pontifex dispensare. Ducor, quia sola falsitas causæ finalis, id est, qua verè expressa non concederetur dispensatio, illam vitiat. (Vt. n. 32. probauit.) At tacitis alijs causis falsis, adhuc ea dispensatio concederetur. Ergo non est subreptitiæ. Itè, quia militat in eis fundamentum, quo nititur doctrina. n. 42. tradita, nempe, propositionem copulatiuam multarum causarum, quæ non necessariae sunt, resoluti in disiunctiuam. Nec obstant rationes contrariæ. Quia sicut tandem faretur idem Gutierrez non obesse falsitatem causæ minimè inducentis ad facilius dispensandum: & respondet ad contraria, illam clausulam. Si preces veritate nitantur, intelligi quoad causas substantiales, quæ inducunt ad facilius dispensandum: (Est enim in ea sententia, vt falsitas harum causarum vitiet, vt vidimus numero. 31.) Ita & nos persistentes in ea sententia, vt solius causæ finalis, & sine qua non, falsitas vitiet, dicimus eam clausulam intelligi de veritate causæ finalis. Et idè loquætes expressè de priuilegijs tenent hanc sententiam Nauar. lib. 1. consil. in. 2. editione, tit. de rescriptis, consil. 7. n. vnico. Pelaez de maioratu, in. 1. editione. 1. p. q. 8. n. 2. Emmanuel Sa summa, verb. gratia. n. 24. Et in proprijs terminis dispensationis matrimonialis tenent Loazes de matrimonio Regis Angliæ, dubio. 5. n. 40. Menochius consil. 385. n. 1. 2. & 7. vol. 4. Et faciunt reliqui Doctores, quos nu. 42. allegaui, qui eam doctrinam generaliter de rescriptis tradidere, præter paucos n. præcedenti allegatos, qui ad iustitiam rescripta limitant. Huic etiam parti fauet Valæus conf. 60. sine, tomo. 1. vbi ait, dispensationem monacho concessam ad viuendum extra claustrum, allegato proprio morbo, & matris necessitate testimonio Regis comprobata, esse validam: quauis id Regis testimonium non compareat, & reddat hanc rationem. Quia cum tota vis, & substantia dispensationis in vera matris

45 necessitate, & proprio morbo consistat, falsitas est harum causarum veritas.

Hinc constat, si Papa dispenseret cum cõsanguineis, allegata sola copula pro causa, & ea non esset habita, si dispensatio fore subreptitiæ. Quia allegatur vnica causa, & ea falsa: & sic corruit dispensatio iuxta dicta. nu. 41. Et bene docent Corduba summa. q. 45. opinio. 2. pun. 8. 1. Curtieri. q. canon. lib. 2. c. 15. n. 133. Henríquez lib. 12. de matr. c. 3. in. 7. Manel. 1. tomo. summa. 2. editio. c. 138. conclus. 9. n. vlt. Vena. 1. tomo. summa. c. 88. casu. At maior difficultas est, quando allegatur copula, atque ob id mulierem iacturam famæ passam esse, & inde scandala subsequenda. Nam adhuc Corduba, Manuel, & Vegas bidem dicunt dispensationem non valere: addunt, que nil est ferre, siue copula sit causa finalis, siue impulsiva, totalis, vel partialis, me diantur: & quauis in fama, ac scandala verificentur. Quia rædix ea ex qua orta illa esse allegatur, est falsa. At existimo dispensationem valere, si scandala illa, & infamia vera sint. Ducor, quod copula cum cõsanguineis, vt potè quæ erimen incestus est, nequit recta iustitia Principem mouere ad dispensandum, vt bene docet Cour. 4. decret. 1. p. c. 6. §. 10. nu. 13. sed bene ait Gillego de cognat. spirituali. c. 24. nu. 10. hanc copulam difficultiorem reddere dispensationem, ac proinde iniungitur illis penitentia compositionis cuiusdam pecuniarum: infamiam (ait) & scandala inde secuta, & mulierem mansuram innuptam, præbere iustam dispensandicauam. Cum ergo hæc causæ veræ sint, valebit dispensatio. Et confirmatur, quia Pontifex seclusa copula ob solam iacturam famæ scemina, ac timorem vt ob id innupta maneat, solet dispensare. Et præ hac parte est Gaeta. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. c. 15. 4. c. 15. vbi ait valere dispensationem impetratam ex falsa relatione iniuriæ, & consummati matrimonij inter cõsanguineos, cum tamen nondum esset consummatum. Quia similiter imò facilius non habita consummatione solet dispensare. p. 417. di. 2. eni.

46 Ad argumeta. n. 31. proposita responderetur. Ad priora constat ex dictis. n. 30. vbi illis satis feci. Ad vltimum constat ex dictis. n. 32.

SUMMARIUM. in 1A. 11

AN clausula, motu proprio, suppleat subreptionem dispensationis ex taciturnitate veritatis necessario explicando con-

47 surgentem numero. 47. Quia si ea clausula apponatur a legato, & alijs ordinarijs: & quid operatur inu. 48.

Quid, si sit taciturnitas in habitis personis: & qualiter possit tunc ea apponi numero. 49.

Quid, si taciturnitas illa ius tertij respiciat: nu. 50.

Quid, si accatur qualitas beneficio intrinsecæ: nu. 51.

An ea clausula suppleat subreptionem ex falsi expressione productam: nu. 52.

Post nu. 52. inueniuntur cetera omnia summaria, quæ desiderantur.

48 **Q**uestio tertia. An clausula motu proprio in gratijs, & dispensationibus apposta suppleat vitium subreptionis: ita vt ea non reddantur subreptitiæ, ac irrita, ex taciturnitate veritatis, aut expressione falsitatis circa causam finalem contingentur, quæ aliàs subreptionem inducerent? Sic prima conclusio. Clausula motu proprio in literis Principis apposta supplet vitium subreptionis ex taciturnitate veritatis necessario explicandæ cõsurgens, atque adeo valebit concessio. Constat ex. c. si motu proprio, de præbend. in. 6. & clem. si Romanus, de præb. ibi. Si Romanus Pontifex de beneficio alicui proprio motu prouiderit, de beneficijs, quæ obviunt non habita mentione, provisionis, seu gratiam huiusmodi fore validam declaramus. Vbi glossa verb. validam, ait quoad vitium subreptionis. Et ita fatetur vniuersi doctores allegandi. Et ratio est, quia cum ea gratia ex mera Principis liberalitate procedat, præsumitur fore vt veritatis conscientis æque concederet.

49 Atque idem dicendum est, si hæc clausula, motu proprio, apponatur a legato, vt docet Glossa recepta. c. finali, verb. mentio, de officio legati, in. 6. & alijs allegatis Rebuffus in concordatis, in forma mandati apostolici, super clausula, motu proprio, effectu. 29. limitans cum Bellemera decifion. 374. n. vnico. nisi subreptio accideat in re ipsa. Quia Pontifex non erat in specie verisimiliter concessurus. Imò subdit Rebuffus ibi clausulam, motu proprio, magis conuenire ordinarijs, quam Pontifici, vt potè qui maiorem cognitionem personarum suarum diceffis habent, quam Pontifex. Quauis fortè (inquit) aliquos effectus haberet apposta à Papa, quos non habet apposta ab alijs. Et hoc est verius, quod

quod etiā tenet Staphilæus de literis gratiæ, tit. de effectu clausularum, super hac clausula, effectus. 7. nu. 1. & serens clausula, motu proprio appositam in literis inferiorum tollere subreptionem. Quamvis idem Rebuffus sibi contrarius. c. nulla, artic. 1. clausula. 7. de concessione præbe. asserat legatum, & alios ordinarios non vti clausula motu proprio, & si ea vntantur, nullius esse effectus: vbi & alios refert.

49. Tempera primò conclusionem, nisi taceatur inhabilitas concernens personam, vt si beneficium obtenturus sit irregularis, vel careat legitima ætate, non supplebit clausula, motu proprio hos defectus. Quia hæc clausula non supplet personæ inhabilitatem, nec dispensationem inducit. Ad id, personæ vitium non poterit per viam subreptionis opponi. Quia pars cui nil petierit, non subrepsit. Sed opponi debet per viam iuris communis, in quo tunc Pontifex non intèdit dispensare. Sic Glosa clem. si Romanus, verb. validà, de præb. & c. si motu proprio, verb. ob hoc, eodem tit. in. 6. id colligens ex eo textu, qui cautè dixit, *Non ob hoc quòd mēto non fuerit*. Quasi dicat ex alia causa posse gratiam esse inualidam. Idem Ioan. Andr. eo. cap. si motu proprio. n. 2. ibi Anchar. n. 2. Dominicus n. 5. Francus. num. 5. & 6. Idem Anchar. d. clem. si Romanus. n. 2. Immola ibi. n. 6. Bonifacius. n. 15. Felinus. c. ad aures. n. 7. casu 1. de rescript. & ibi Decius in noua editione. n. 30. Beroius. n. 39. Rebuffus in cōcor datis tit. de forma mandati apostolici, in clausula, motu proprio in. 6. 7. & 10. effectibus, quos hæc clausula non operatur. Alexander de Neuo. c. quia circa. n. 8. sine, de consanguini. Milis in suo repertorio, litera. G. n. 3. verb. gratia, vers. gratia motu proprio. Selua benefic. 3. p. q. 12. n. 17. Syl. verb. rescriptum in. q. 6. Staphilæus de literis gratiæ tit. de vi, & effectu clausularum, in hac clausula, effectus. 5. nu. 2. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 3. casu. 201. nu. 81. 82.

50. Secundò tempera, nisi taciturnitas illius tertij respiciat, vt si sit beneficium iurisdictionis, & hoc taceatur. Sic Abb. c. ad aures. n. 5. de rescript. & ibi Felinus multis citatis. n. 80. Et proponit hæc exempla alios referens, vt ea clausula non facit impetrandem præferri primo, nisi de illo fiat mentio. Nec tollit statuta. Nec si de statutis mentionem faciat, tollit statuta particularia, nec præiudicat vnioni factæ per

ordinarium, etiam si nondum effectus sortita sit. Quia motus proprius ius in re, vel ad rem alteri quæ situm minimè aufert, vt docent Decius consil. 47. nu. 23. volum. 3. Rebuffus in concordatis, tit. de forma mandati apostolici, in clausula, motu proprio, in. 9. effectus, quæ non operatur. Milis in suo repertorio, litera. G. n. 3. verb. gratia, vers. gratia motu proprio.

51. Tertiò limita, nisi qualitas intrinseca beneficio taceatur. Tunc enim non valet gratia, non ob vitium subreptionis, sed quia non apparet de concedentis voluntate. Sic Abb. c. ad aures. n. 5. de rescript. Rebuffus nu. præcedenti allegatus, in. 5. effectus, quæ non operatur clausula, motu proprio. Menoch. de arbitr. lib. 2. centuria. 3. casu. 201. nu. 80.

52. Secunda conclusio. Quoties subreptio contingit in falsa causæ expressione, non supplet clausula, motu proprio, hanc subreptionem. Ratio diuersitatis est. Quia quando taceatur veritas, ignoratur an Pontifex bene, vel malè informatus gratiam motu proprio concesserit, & idè non potest dici concessa contra eius mentem. At cum falsa causa exprimitur, cognoscitur animus concedentis, ac vitia eius intentionem gratiæ comparatur. Cum tamen motus proprius non firmet gratiam cōtra concedentis intentionem, vt tradidit Ioan. Andr. c. si motu proprio. nu. 1. de præb. in 6. Suarez allegatione. 13. n. 2. & multi quos refert, ac sequitur Menochius de arbitr. lib. 2. centuria. 3. casu. 201. n. 80. Non ergo motus proprius subreptionem hanc supplet. Atq; ita docent Abb. c. quia circa. n. 7. de consanguini. & ibi Alex. de Neuo. n. 8. Præpos. n. 4. vers. sed de dispensatione. Felinus Cardinali relato. c. ad aures. n. 9. casu 4. de rescript. & ibi Decius in noua editione. n. 32. Beroius. n. 39. Selua benefic. 3. p. q. 12. n. 25. Rebuffus citatus. n. 50. in. 2. effectus, quem non operatur ea clausula. Staphilæus de literis gratiæ, tit. de vi, & effectu clausularum, in clausula, motu proprio, effectus. 7. n. 3. Rosella, verb. rescriptum, in fine, & ibi Syl. q. 7. Armilla nu. 4. Tabiena. q. 5. nu. 4. Menochius. d. casu. 201. nu. 83. Temperant hoc Felinus, & Rebuffus, quando causa illa falsa non expressa concederetur difficultus gratia: secus si ita factè. At non est opus ea limitatione, quia quòdo ea falsitas non est causa finalis dispensationis, sed ea verè expressa, concederetur adhuc, licet multò difficultus, non est

subreptitia, gratia (vt. n. 32. probaui.) Et ita siue apponatur clausula, motu proprio, siue non, erit valida. Quare melius Abb. Alexan. de Neuo, Præpos. Rosell. Syl. Armilla, Tabiena proximè allegati, explicat vt motus proprius non suppleat hanc subreptionem, quando non explicata ea causa falsa, Princeps non concederet eo modo quo concessit.

SUMMARIUM.

An subreptio tacendo verum, aut falsum exprimendo, contingens in vna parte rescripti, totum vitiet? Proponitur. c. super literis, de rescript. quod ansam dubitandi præbet. n. 55.

An is textus intelligatur de solis literis iussitæ, an etiam gratiæ? n. 54. Ignorantia & simplicitas an sint idem in eo textu? n. 55.

Subreptio tacendo verum, aut falsum exprimendo, quando est causa totius rescripti, an totum vitiet, licet per ignorantiam contingerit? n. 56.

Quid, si ea à sollicitatore, vel curiali commissa tantum sit? n. 57.

An curialis, sollicitator, aut scriptor committens hanc falsitatem incurrat excommunicationem, & quas alias penas? n. 58.

An taciturnitas ex ignorantia probabilis vitiet in foro conscientia? n. 59.

Explicatur. cap. gratia, de rescript. in. 6. numero. 60.

An subreptio tacendo verum, ac exprimendo falsum, quando fuit solius partis rescripti causa finalis, totum vitiet? n. 61.

Quid, si ignorantia sit crassa? n. 62.

Quid, si à negotio circa quod commissa est subreptio non dolosa, pendeat alia negotia? n. 63.

An privilegia vitientur per subreptionem non dolosam? n. 64.

An subreptio tacendo verum, falsumve exprimendo, contingens per fraudem, & malitiam, vitiet omnino rescriptum, & si non sit causa totius? n. 65.

An ab hac pena excuset ignorantia quantumuis crassa? n. 66.

An locus sit huius penæ, quando parte ignorante curialis, aut alius dolum admittit? n. 67.

An in dubio præsumatur dolus, an ignorantia, & qualiter illa probetur? n. 68.

Proponitur triplex decidenda difficultas circa c. super literis, de rescript. n. 69.

an si rescriptum continet plura separata, vi-

tiatur omnia, subreptione dolosa in aliqua parte commissa? Refertur opinio. n. 70.

Proponitur sententia auctoribus. n. 71.

An dispensatio voti castitatis, & alterius: vel duplicis impedimenti ad matrimonium, sit omnino subreptitia, allegata vera causa circa vnum, falsa verò circa alterum? n. 72.

An subreptio verum tacendo, aut falsum exprimendo, quando dolosa est, si non sit circa causam finalem, vitiet totum? Refertur opinio. n. 73.

Proponitur sententia auctoribus. nu. 74.

An hæc pena irrationis totius rescripti ob subreptionem in parte eius admittam, inducatur ipso iure. Refertur opinio. nu. 75.

Proponitur sententia auctoribus. nu. 76.

An eadem pena incurratur in foro conscientia, ante sententiam iudicis? Proponitur sua sententia partem affirmantem, numero. 77.

Explicatur sententia auctoribus. n. 78.

Rediguntur in summam contenta in tota disputatione. num. 79.

Questio vltima. An subreptio tacendo veritatem, siue exprimendo falsitatem, contingens in quadam sola rescripti parte, totum vitiet? Totius dubitandi rationem ansam præbet. capit. super literis, de rescript. vbi differentia constituitur inter impetrandam tacita veritate, & impetrandam expressa falsitate per ignorantiam, vel simplicitatem, & impetrandam per fraudem, vel malitiam, vt hic fraudem illam, aut malitiam admittens, in suæ peruerſitatis penam nullum ex ijs literis cōmodum confequatur. De illo verò qui per simplicitatem, aut ignorantiam impetrat, distinguit sic textus, si talis expressa sit falsitas, aut veritas suppressa, vt licet fuisset falsitas tacita, aut veritas expressa, nihilominus tamè in forma cōmuni literæ essent datæ, valide erit ad eum effectum vt possit in forma cōmuni iuris, non tamen iuxta formam in literis appositam procedi. Si autem literæ nullo modo essent datæ, erit profus irritæ. Hoc deciditur in eo textu, qui valde difficultis est, & satis cōfuse explicatur à doctõribus. At quoad præsens attinet, nitæ claritate, ac breuitate qua potuerit explicare: supponendo prius clariora, ac deinde quæ dubia, breuiter disputando.

Supponendum est primò quamuis textus hic de solis iustitiæ literis loquatur, ac proinde eum vt pœnalem, ad literas gra-

ria non extendi posset quispiam ex illa materia: commune tamen Doctorum placitum esse, intelligi etiam de quibuscumque gratia literis. Quia si hoc habet verum in literis contentiosis, fortius in gratiosis. Cui subreptio magis vitiet literas gratia, quã iustitiam. Quippe illa sunt ipso iure irrita, hæ autem ope exceptionis irritanda. (vt diximus n. 3.) Atque ita docent Anton. eodem. c. super literis. n. 27. Ab. n. 2. notabili. 1. Felin. n. 5. Barbatius. n. 25. Berol. in. 1. lectur. n. 4. & 39. & in. 2. n. 61. 62. idem Abb. c. ad audientiam, el. 2. n. 14. de rescript. & ibi Felinus num. 22. vers. tertio amplia. Bartholomæus Socius conf. 164. n. 2. & conf. 273. ad finem, volum. 2. Gu tier. q. canonic. lib. 2. c. 15. nu. 45. Quauis alij non omnino hoc admittant in literis ad beneficia.

55 Secundò supponendum est, in eo. c. super literis ignorantiam, & simplicitatē sumi pro eodem: & similiter fraudem, & malitiam. Vt bene allegato Cardinali Florentino docet Imola ibi. n. 4. Quauis Ioan. And. n. 11. asserat simplicitatem dici, quãdo est ignorantia iuris: ignorantiam autē, quando est facti.

56 Tertio supponendum est, quando subreptio contingit in causa finali, qua, scilicet, non existenti, rescriptū minime cõcederetur, (hanc enim solã vitare, tanquam probabilius sustinebo. n. 74.) estque causa totius rescripti, quia, nimirū, aut rescriptū vnicam, ac indiuisibilem partem cõtinet, aut si duas partes claudat, subreptio in causa vtriusque finali contingit, atque ideò illa non existente, nec totum, nec pars rescripti concederetur, nullum versari delictum, siue per ignorantiam, siue simplicitatem, aut per fraudem, siue malitiam subreptio contingerit, tacendo veritatem, aut exprimendo falsitatem. Nam in vtroque euentu literę erunt omnino subrepti. Id constat ex. d. c. super literis, ibi. *Si verò per huiusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis litera fuerint impetrata, qua tacita, vel expressa nos nullas literas dedissemus, a delegato non est aliquatenus procedendum.* Idē probatur ex cap. constitutus, de rescript. vbi deciditur impetrationem: beneficij contra statutum Ecclesię, ne certus numerus

excedatur, non facta illius mentione esse subreptitiam. Cũ tamen posset probabiliter ignorari hoc statutū. Et ratio huius est, quia in valore gratiã considerando non spectatur impetrantis culpa, aut simplicitas, sed intentio concedentis, à qua vires sumit gratia. Ergo quando concedens, expressa veritate, aut non proposita falsitate, nullatenus concederet, corruer omnino concessio defectu intentionis concedentis, quantumvis impetrans fuerit culpæ immunis. Et cõfirmatur, quia tunc ea causa est finalis totius rescripti. Ergo ea existente falsa corruet totum tanquam causa destitutum. Nam etiã quando à principio fuisset validum existentis causæ finali vera, corrueret superuenienti eius causæ cessatione. (Vt dicemus disput. 30. n. 14.) Et ideò ita docent Abb. d. c. super literis. n. 4. & 6. & d. c. constitutus, n. 1. notabili. 2. & c. ad audientiam, el. 2. n. & c. 14. sedes. n. 4. de rescript. Felin. d. c. super literis. n. 6. & ibi Decius in noua editione. n. 8. notabili. 3. idem Felinus. d. c. ad audientiam, nu. 22. vers. tertio amplia. Francus. c. si eo tempore. n. 4. de rescript. in. 6. Bellemera decif. 4. nu. 1. Bartholom. Socius confil. 273. ad finem, & conf. 164. n. 2. vol. 2. Corneus confil. 227. videtur prima facie. n. 9. vol. 2. Tirac. tradat. cessante causa, in princip. n. 116. Pelaez de maiortu. 1. editione. l. p. q. 9. n. vnico.

57 Hinc deducitur primò non esse tenendum, quod docet Bart. Socin. confil. 270. consideratis, ad fin. volum. 2. nepe, quando subreptio non commissa est ab eo, cui rescriptum impetratur, quia veritatē narrauit, sed ab alio, vt à curiali, vel sollicitatore, qui vel falsum expressit, vel veritatem sibi propositam contieuit, ignorantia partis impetrantis excusare, ne rescriptū sit subreptitium. Et refert Rotam dixisse, sic decifum esse ab Urbano Papa in beneficiis. Et ait iura loquentia in beneficiis extēdi à Doctoribus, & c. vbi textus agens de veritate suppressa, aut falsitate expressa per ignorantiam, siue simplicitatem, quando ea subreptio est causa totius rescripti, sic ait. *Si verò per huiusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis litera fuerint impetrata, qua tacita, vel expressa nos nullas literas dedissemus, a delegato non est aliquatenus procedendum.* Idē probatur ex cap. constitutus, de rescript. vbi deciditur impetrationem: beneficij contra statutum Ecclesię, ne certus numerus

58 *rius pro eo oblatam.* Et sustinent ibi Anchin. 3. notabili. 3. Francus, num. 3. Decius reprobandis prædictam Rotæ decisionem d. c. super literis, in noua editione, notabili. 3. n. 9. Corduba summ. q. 45. opinion. 1. puncto. 1. ratione. 1. In quo autem sensu possit sustineri quod priores doctores asserunt, dicemus, nu. 67.

58 Curialis autē, aut sollicitator, aut scriptor, qui vt facilius dispensationem impetret, mutat narrationis substantiam, manet excommunicatus per motum propriū Pij. V. Sic Henriquez lib. 12. de matrimo. cap. 3. num. 7. sine. At hoc non est verum. Quia is motus proprius nullam excommunicationem imponit: sed solum decernit vt pœna falsarij plectantur, vt bene Manuel. 1. tomo summæ. 2. editione. c. 238. sine. Vega. 1. tomo summæ. cap. 88. casu. 4. Et loquitur ille motus proprius de procuratoribus tam officij sacre penitentiarie, seu cõtradiarum, quam alijs quibuscumque sollicitatoribus, seu scriptoribus, quos Copistas vocant, qui veritatem facti à narratione quam à partibus habuerunt, quoad substantialia, & qualitates necessariò exprimendas diuersam faciunt, seu quod modo inuertunt, aut immutant, deprauant ve.

59 Secundò deducitur, non esse credendum Nauarro lib. 1. confil. in 2. edition. tit. de filijs presbyt. confil. 2. n. 4. dicenti posse defendi saltem in foro conscientie taciturnitatem ex ignorantia probabiliter excusare à subreptione. Et in 1. editione, eo. lib. 1. tit. de rescript. confil. 1. n. 6. ait taciturnitatem ex ignorantia consergentem nõ videri nocere per. c. gratia, de rescript. in. 6. Sed id non est vniuersaliter verum, sed quando ignorantia non est causa totius rescripti, vt statim dicemus, & ad. c. gratia respondebimus. n. sequenti.

60 Contra hanc tamē doctrinã fortissimè vrget textus. c. gratia, de rescript. in. 6. vbi impetrans beneficium à Papa tacito alio quod sibi absenti, ac ignorantis ordinarius contulerat, potest vtrunq; retinere, si sint compatibilia, si autem incompatibilia, potest eligere. Et redditur ratio his verbis. *Cũ tẽpore impetrationis nescires.* At subreptio cõmissa est tacito beneficio, quod erat exprimendum. c. si motu proprio, de præbend. in. 6. Ergo subreptio per ignorantia cõmissa minime nocet. Diuersimodè respondent doctores. Quidam aiunt dispositionem huius textus esse specialem in eo

casu, & ideò ad aliũ non esse trahendã, iuxta. l. ius singulare. ff. de legibus. Sic Ioan. Andr. eo. c. gratia. n. 2. Alij impugnatã hac expolitione respondent dispositionem illius textus, posse trahi ad alios casus cõcurrentibus quatuor cõditionibus. Prima est, vt adsit iam iusta ignorãtia, qualis est que ab absentia confurgit. Secunda non præiudicetur iuri iã alteri quaesito. Tertia vt qualitas tacita per ignorantia sit talis, vt si fuisset expressa, Princeps similiter concessisset, quamuis non ita facili. Vltima, vt gratia sic concessa non trahatur ad casum penitus extraneum. Sic Abb. c. super literis, nu. 5. de rescript. & ibi Felinus. n. 6. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 3. casu 20. à numer. 52. vsq; ad 55. Alij explicant, vt decifio eius textus ideò procedat, quia subreptio in eo casu procedit à iusta, & multum tolerabili ignorantia: & poterat reduci ea dispositio ad terminos iuris cõmunis, id est, attento iure cõmuni idemmer dispositum erat, quod gratia cõcedit. Secus si ad eos terminos reduci nõ possit. Sic Anton. d. c. super literis. num. 27. Rebuffus, cap. nulla, ar. 2. statim in principio, conclus. 5. de concess. præb. & in concordatis, vbi de forma madata apostolici, paulò ante clausulam, motu proprio, vers. limita tamen. Sed hanc solutionem impugnat Abb. proximè allegatus. Quia in terminis illius cap. gratia, concessio non reducit ad iuris communis terminos, sed est vltra, seu contra ius cõmune. Quia attento iure cõmuni impetrans secundum curatum, tacito primo curato, quod obtinebat, amittit primum, nec sibi datur optio cap. de multa, de præbend. clem. si plures, eodem, tit. Sed expositio illa Antonij est optima, & bene defenditur à Berroio eod. cap. super literis, in. 1. lectura numer. 41. vt intelligatur quando gratia poterat reduci ad terminos iuris communis, non simpliciter, sed ad terminos iuris cõmunis antiquioris, & tunc subreptio ex ignorantia tolerabili nõ vitat. Quod hie contingit, nam attento iure antiquiori cap. referente, de præb. si impetrans secūdam beneficium incompatible, tacebat primum, id non vacabat, sed dabatur ei electio. Quod postea immutatum est per cap. de multa, de præb. decidens eò ipso vacare primum. Atque huius decisionis ea est ratio. Quia res faciliè oblitam causam ad ius primarium reduci potest. l. si vnus. §. padus, versic. quoties. ff. de pa-

61. Item, quia non dicitur in totum falsum, quod primordijis veritatis inuatur. I. cum filius. §. hares meus. ff. de legat. 2. Po test etiam alia expositio tradi, idem ignorantia in eo casu. c. gratia, inuar, vt litera ad beneficium non sint subreptiæ. Quia impetrans non habet ius in re in priori beneficio, ut potest quod sibi absentia, ac ignoranti collatum erat. c. si tibi absentia, de præbend. in. 6. sed tantum ius ad rem. Et idem subreptio ex tam iusta ignorantia non vitiat. Quia vt vitiet, debet esse taciturnitas beneficii quantumvis modici iam possessi, licet ex ignorantia taceatur. Et ita procedit. c. si motu proprio, de præb. in. 6. Sic Beroius. eo. c. super literis, in. 1. lectura. n. 42. Rebuffus in concordatis, vbi de forma mandati Apostolici, paulo ante clausulam, motu proprio, ver. vel potest dici. Et hæc duæ vltimæ expositiones præ cæteris placent.

61. Quartò supponendum est, quando subreptio per ignorantiam, siue simplicitate admissa, siue tacendo veritatem, siue explicando falsitatem, non fuit causa finalis totius rescripti, sed partis illius, quia explicita veritate non concederetur ea rescripti pars, aut reliqua concederentur utique, non vitiat totum rescriptum, sed eam solum partem, in qua est subreptio. Verbi gratia, impetravit quis rescriptum contra debitorem suum, asserens ex ignorantia de consuetudine patriæ causas tractari simpliciter, & de plano, cum tamen id falsum esset. Quare Pontifex commisit euidam causam simpliciter, & de plano tractandam, literæ valebunt quoad commissionem illi iudici factam, & virtute illarum potest delegatus procedere in forma communi, at non valebunt quoad specialem illum procedendi modum. Et ratio est, quia substantia illius rescripti est ipsa iurisdicção, forma autem accidentalitatis est ille procedendi modus specialis, quem Pontifex de legato concessit. Cum ergo subreptio absque dolo contingerit, fueritque causa solius formæ, quæ à rescripti substantia potest separari, ipsam solum formam vitiat. Hoc expressè deciditur. c. super literis, de rescript. Et ita tradunt omnes. Et sic intelligunt aliqui. c. si eo tempore, de rescript. in. 6. vbi deciditur, rescriptum ad beneficium, siue cum cura, siue absque illa obtentum, tacito defectu legitimæ ætatis ad curatum, cum tamen legitima esset ad simplex, validum esse ad obtinendum

beneficium simplex, non verò curatum: intelligunt enim hunc textum, quando ea subreptio fuit ex simplicitate, aut ignorantia. Et ita conciliant hunc textum cum d. c. super literis. Hi sunt Abb. eo. c. super literis, num. 5. & c. sedes. n. 2. de rescript. vbi Felin. num. 2. Francus. d. c. si eo tempore, num. 4. Gutier. q. canon. lib. 2. cap. 15. num. 45. Sed de hac expositione dicemus nu. 71.

62. Nominè autem huius simplicitatis, aut ignorantia, intelligo, quantumvis, quantumvis crassam, modo non sit ingens temeritas. V. nu. 66. probabo.

63. Hoc tamen suppositum est primò limitandum, nisi à negotio, circa quod commissa fuit illa subreptio non dolosa, dependeat alia negotia tanquam accessoria: tunc enim etiam si in his non sit subreptio, corruent perente principali. Sic Abb. c. sedes. n. 4. de rescript. & ibi Felinus. nu. 2. Francus cap. si eo tempore, num. 4. eod. tit. in. 6.

64. Secundo limitant quidam, vt intelligatur in his literis gratiosis, aut beneficiabilibus, secus in priuilegijs, quæ asserunt per subreptionem etiam non dolosam vitari indistinctè. Nam cum priuilegium sit lex priuata, concedens intèdit præcisè priuilegiū concedere. Sic Ant. c. super literis, n. 25. de rescript. Sed merito id reprobat Felin. eo. c. super literis. n. 3. limit. 3. Quia licet re beneficiales, & priuilegia in hoc differant, quippe Pontifex præcisè etiã intèdit conferre beneficiū. Itè quia cū literæ ab beneficium sint valde stricti iuris, si per subreptionem partis illarum non dolosam minime vitantur totæ: à fortiori nec priuilegia, & idem hac ratione ductus Abb. eo. c. super literis, num. 5. in principio ait hoc habere locum in literis beneficiabilibus, & priuilegijs. Item quia Innoc. cap. cum dilecta. num. 3. de rescript. æquiparat priuilegia, & literas beneficiales in materia subreptionis.

65. Quintò supponendum est, quando subreptio fuit per fraudem, vel malitiã, vitari omninò literas, quamuis ea non fuerit causa totius rescripti, sed solius formæ specialis. Hoc expressè deciditur capit. super literis, de rescript. constituto hoc discrimine inter literas sic impetratas, & quando per ignorantiam impetrantur: sibi. *In sua peruersitatis penam nullum ex illis literis commodum consequantur, & cap. sedes, in fine, eod. tit. ibi. Mendax peccator*

66. *careat penitens impetratis.* Quæ eadem verba habeatur. l. & si legibus. 5. cap. si contrarius. Et fatentur omnes. (quod qualiter intelligatur, à num. 70. videbimus.) Et hoc absque dubio intelligendum est, siue ea subreptio malitiosa contigerit falsum exprimendo, siue verum tacendo. Quia expressis verbis idem de vtraque subreptione disponitur: dicit. cap. super literis ibi: *si priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in sua peruersitatis penam nullum ex illis literis commodum consequantur.* Et ita docet Abbas ibi num. 1. notabili 2. Imola num. 6. Barbatus num. 24. Decius in noua editione num. 4. notabili 1. & dicit. cap. sedes. nu. 14. notabili 4. Quare cautè intelligèdi sunt ipsæmet Abbas eo. cap. sedes. num. 4. Tiraquel. de pœnis temperandis, causa 44. nu. 41. dum constituitur discrimen inter subreptionem falsum, exprimendo, & tacendo verum, vt in priori casu corruat omninò rescriptum in mendacij penam: secus in posteriori. Et rationem reddunt, quòd non sit ita odiosus tacens verum, sicut exprimens falsum: potuit enim taciturnitas ea ex ignorantia procedere. Sed Felinus eod. dem cap. sedes. num. 2. aduersus hanc rationem insurgit. Nam etiam falsum potest absque dolo exprimi: & verum quoque ex dolo taceri. Vnde intelligo prædictos aucthores (ne credatur illos ita absurdè loquutos contra textum expressum dict. capit. super literis), sensisse tantum, magis præsumi dolum ex falsi expressione, quam ex veri taciturnitate: cum illa frequentius ex dolo procedat. At si verè vtraque ex dolo procedat, idem de vtraque est dicendum.

66. Existimo autem quantumvis crassam ignorantiam, & simplicitatem, modo non sit ingens temeritas, excusare ab hac pœna irritationis totius rescripti, ratione subreptionis in altera eius parte, itaque vt locus sit huic pœnæ, desideratur vt impetrans sciens, & prudens, malitioso animo id faciat. Quia textus dicit. capit. super literis, expressè petit fraudem, vel malitiã. At taciturnitas ex quacunque ignorantia, & simpliciter expressio falsi illa, non potest dolosa, ac malitiosa nuncupari, nisi ingens temeritas in ea ignorantia reperiat. Vt latius probabo lib. sequenti, disputatione trigesima secunda, nu. 36. & 39.

67. Neque erit locus huic pœnæ, si eum pars verum proposuerit, ipsa ignorante, cu-

68. rialis, vel sollicitator sciens, & prudens subreptionem commiserit, tacita veritate, aut expressa falsitate. Ducor, quia eodem cap. super literis, dicitur impetrantem in sua peruersitatis penam nullum ex literis commodum consequuturum. At verus impetrans in nulla culpa fuit. Ergo non debet ea pœna affici, vt literarum comodo profus careat, sed de illo iudicandum est, ac de impetrante per ignorantiam. Atque in hoc sensu verum est, quod ait Nauarr. lib. 3. consil. in prima editione. tit. de regularibus, consil. 78. num. 3. in 2. lib. 1. tit. de rescript. consil. 15. num. 3. nimirum, narrationem falsi factam per sollicitatorem non videri tanti momenti, quanta foret per ipsammet partem. Et in hoc etiam sensu verum erit quod num. 57. retulimus ex Rota, & alij asserentibus non nocere parti relationem falsam solius curialis, vel sollicitatoris: id enim verum est, ne vitiet totum rescriptum, quando totius non est causa: secus quando esset causa totius, vt ibi diximus.

68. Sed quæres, an in dubio præsumatur hic dolus? Consulendi sunt Doctores eod. capit. super literis, & maxime Felinus ibi num. 5. Et breuiter placet in dubio non præsumi hunc dolum, sed potius ignorantiam, atque illum opponenti incumbere probandi onus. Vt docent Glossa dict. cap. super literis, verb. priori modo, & ibi Hostiensis num. 7. Imola. num. 4. Beroius in 2. lectura num. 70. & citatis Baldo, Tiraquello, & alij Pelaez de maioratu, in 1. editione. n. part. quart. §. sine, & quart. §. sine. Præsumetur autem dolus (vt bene aiunt Glossa ibi. verb. nullatenus, in fine, & latius ibi Abbas num. 7. Beroius proximè allegarus) ex varijs circumstantijs. Et ita ad hoc iudicandum spectabit iudex, an ille dixerit falsum in proprio facto, an in alieno: & an factum sit proximo, an longinquo tempore gestum, vt vel sic præsumatur scientia: & an literæ sint magni, an modici momenti. Et bene docet Rebuffus praxi beneficiorum, titulo differentia inter rescripta gratiæ, & iustitiæ num. 25. differentia 8. facilius præsumi dolum in literis gratiæ, quam iustitiæ. Quòd hæc multo facilius obtineatur, & idem non fit opus vt dolo ad eas impetrandas. Prohibetur autem hæc ignorantia impetrantis iuramento ipsius, nisi esset verisimile ipsum habuisse noticiam. Vt de probanda ignorantia diximus lib. 1. disputatione 62. sine.

Et sic docet alijs citatis Rebuffus in concordatis, in forma mandati Apostolici, paulo ante clausulam, motu proprio. verfic. & hæc ignorantia.

69 Hic præmissis, triplex quoad presens atinet versatur difficultas circa intellectum dicti capit. super literis, de rescripto, quando imperator fuit per dolum; & malitiam, sine tacendo verum, siue exprimendo falsum. Prima est, an intelligatur, quando partes eiusdem rescripti sunt omnino separatae, ut ut in penam committentis dolum eam subreptionem circa alteram solam rescripti partem, vitietur quoque altera pars? Secunda, an ea subreptio dolosa, ut totum rescriptum vitiet, debeat esse circa causam finalem, eam tacendo, vel falso exprimendo, an potius sufficiat circa causam impulsivam. Tertia, an ipso iure subreptio hæc dolosa vitiet rescripta iustitiam, & gratiam? *De his multis vobis tractandum.*

70 Circa primam difficultatem quidam sentiunt textum eodem cap. super literis, intelligi etiam si rescriptum contineat plura separata; quippe omnia vitiantur per subreptionem dolum in altero commissam. Sic docent Abbas ibi num. 2. Barbatius num. 2. 5. Berolius prima lectura, num. 7. & 8. *De his multis vobis tractandum.*

71 At verius est, non intelligi quando partes eiusdem rescripti sunt omnino separatae, sed solum quando altera gratiæ pars connexionem habet cum altera; quia eandem causam, eundemque finem respiciunt: tunc enim solum subreptio dolosa in parte vitiat aliam. Probat, quia hæc irritatio est in penam doli, & malitiæ. (vt expressè dicitur eodem cap. super literis.) Ergo non est extendenda ultra casum in eo textu expressum. Qui est, quando impetratur vnum rescriptum diuersa contentens, quorum vnum connexionem habet cum altero: quia pertinet ad eandem causam decidendam. Vt constat ex exemplo quod subiunximus num. 61. ex mente Doctorum. Item quia cum diuersæ gratiæ absque vlla connexionem in eodẽ rescripto conceduntur, sunt virtute duo rescripta, ac omnino per accidens. Et constat ex exemplo quod subiunximus num. 61. hanc partem probare videtur, ibi enim sunt diuersæ gratiæ, & omnino separatae, & ad diuersos effectus, nimirum altera ad beneficium sim-

plex, altera ad curatum, & ideo subreptio circa vnam minime vitiat alteram. Nec inire probatur, sed ad libitum dicitur intelligi cum textum; quando subreptio fit per ignorantiam. Vt cum volunt intelligi Doctores aliqui, quos numero 61. allegaui. Et ideo hanc sustinet sententiam ita intelligens, cap. si eo tempore, Decius dicto cap. super literis, in noua editione, notabili 1. num. 7. & 18.

Hinc deducitur, si in eodem rescripto impetret, quis dispensationem voti castitatis, ac peregrinationis Hierosolymitanæ, allegata scienter falsa causa circa alterum votum, vera autem circa alterum, non vitiat dispensationem circa vtrumque, sed circa illud, in quo causa falsa fuit. Quia sunt dispensationes omnino separatae. Secus si duplicis impedimenti ad nuptias dispensatio in eodem rescripto obtineretur, vt voti castitatis, & consanguinitatis, nã subreptio dolosa in altero vitiat totam dispensationem. Quippe cum sit rescriptum ad eandem causam, eundemque finem respiciens, quoad vtramque partem, censetur pro vna vnum. Sic enim ponderauit Decius num. præcedente allegatus ad diuidentium, an vnum sit rescriptum, vel potius due partes separatae. An hoc autem sit ipso iure, & in foro conscientie ante iudicis sententiam? dicemus num. 76. & nu. 78. *De his multis vobis tractandum.*

72 Circa secundam difficultatem num. 69. propositam, quidam sentiunt taciturnitatem veri, vel falsi expressionem dolosa circa causam impulsivam vnius partis rescripti, vitiat totum; & ita intelligit textum dicti capit. super literis, de rescripto. Et probatur, nam loquens textus de falsitate exprimente, vel supprimente veritatem per fraudem, indistinctè decidit nullum ex eis literis posse illud commodum assequi. At postea agens de eo, qui per ignorantiam, distinguit, an talis sit causa circa quam fuit subreptio, vt ea non tacita, sed verè expressa adhuc literæ concederentur, & tunc dicit valere quoad eam partem, quæ concedenda foret: secus si talis sit causa, vt illa verè expressa nullatenus literæ concederentur. Ergo in priori parte indistinctè intelligitur textus, siue causa sit finalis, sine qua non, siue solum impulsiva. Aliàs nullum esset discrimen inter vtrumque casum. Et probat sententia aperte sunt Glossa eodem cap. super literis, verbo nullatenus, & ibi Innocent. statim in principio. Ioann. Andræ. num. 12. Inola-

num.

num. 71. Barbatius num. 24. Decius cap. sedes, in noua editione num. 14. notabili 4. de rescripto, dicit enim: corrumpere rescriptum, quando est dolus, siue aliàs Pontifex esset concessurus literas, siue non. Quia hæc distinctio (inquunt) adhibetur in textu, quando literæ per ignorantiam impetratae sunt. Eiusdem sententiæ videtur auctoritate Bellembra decisione 4. num. 1. vbi ait ex duplici capite reddi posse rescriptum subreptum ex falsi expressione: altero, quia induxisset ad concedendum: altero vero, quia per fraudem. Sentit ergo aperte quando fraus intercedit, non spectandum esse an falsi expressio induxerit Principem ad concedendum. Eiusdem videtur expressè Syntest. verb. rescriptum, quæst. 6. & 7. initio, vbi absolute docet gratias, & privilegia vitari debeat veritate, vel allegata falsitate scienter; & statim loquens quando ignoranter, dicit tunc vitari, quando Princeps cognita veritate non concessisset. Eandem tenet in proprijs terminis Cordubas summa, quæst. 45. opinione 1. puncto 1. immediate ante 3. rationem, vbi loquens de matrimonio dispensatione ait dispensationem non valere, quantum causa scienter falso narrata, vel vera scienter tacita, sit minor principalis, & sine qua Pontifex verè profusus dispensaret per dict. cap. super literis. Cuius sententiam refert Gutierrez quæst. canonice, lib. 2. cap. 15. num. 134. & dicit esse verissimam. *De his multis vobis tractandum.*

74 Sed se attentius considerata existimo iuxta diuersas sententias diuersimodè loquentium. Quia retenta opinione citata numero 10. & 31. dicenti taciturnitatem causæ impulsivæ, eius ve falsam expressionem vitiat gratiam, dicendum est vitari totum rescriptum ex subreptione circa causam impulsivam partis illius. At retenta nostra sententiæ citata num. 17. & num. 32. dicenti solum subreptionem circa causam finalem, sine qua non literæ concederentur, illas vitare, sentiendum est quantumvis malitia, & dolus ad sit in tacenda veritate, vel exprimente falsitatem solius causæ impulsivæ; totius, vel partis rescripti, nisi ipsius vitari. Atque ita intelligitur dict. cap. super literis. Itaque solum dispensationes, & cætera rescripta subreptitia censentur, quando siue ignoranter, siue dolo, est taciturnitas veri, siue expressio falsi in causa finali; quæ sublata Pontifex non concederet literas, aut si concederet, non tamen eodem modo, sed moderamina quædam adhibendo.

Et tunc si ea subreptio tacendo verum, siue exprimendo falsum contingat in causa finali totius rescripti, & ita totum rescriptum afficit, vitabitur totum, (vt probaui num. 56.) Siue per fraudem, siue per ignorantiam contingat. Si autem accidat circa solam rescripti partem, tunc distinguedum est, si per ignorantiam, sola pars rescripti, quæ ea subreptione afficitur, vitabitur: si autem per malitiam, vitabitur totum, (quod intellige iuxta dicta numero 41. quando allegantur plures causæ; nam quando vna sola allegatur, nil refert, an sit finalis, an impulsiva, vt ibi explicui.) Quare differentia, quam textus dicto cap. super literis, constituit, qua innititur contraria sententiæ, vbi absolute, & indistinctè loquitur textus, quando adfuit dolus: ad quod ignoranter, eum distinctione an literæ concederentur; necne: sed solum pertinet; vt quado adest fraus circa partis rescripti causam finalem, vitietur indistinctè, & omnino rescriptum, tam quoad partem inutilem, id est, quæ seclusa ea subreptione non concederetur; quam quoad alteram vtilem, id est, aliàs concedendam. At quando fuit ex ignorantia, pars sola inutilis vitietur. Itaque in priori parte, nimirum, quando fraus interuenit, iure optimo non distinxit textus an ea fraude seclusa pars licetiam esset concedenda, quia ea contingente circa solam rescripti partem, vbi est in causa finali, corrumpit totum, quantum altera rescripti pars subreptione cessante foret concedenda. At in posteriori parte vbi sermo est de subreptione ignoranter admissa circa causam finalem, opus fuit distinctione, an subreptio sit circa causam finalem totius rescripti, vel solius partis. Quia si sit in causa finali totius, corrumpit totum: si solius partis, illa sola corrumpit. Et in totis illis textus dict. cap. super literis, de subreptione veritatis suppressæ, vel falsitatis expressæ loquens, agit de sola causa finali, sine qua literæ non concederentur, vel totæ, vel pars illarum. Ducor, quod totus ille textus agat de taciturnitate veritatis, vel expressione falsitatis causæ concedentis ad valorem rescripti. Cum de hac subreptione loquatur, eam ponderans ad valorem, vel nullitatem rescripti. At causa impulsiva non est huiusmodi, sed sola causa finalis, iuxta veriore sententiam. De sola ergo subreptione circa causam finalem agit. Secundo, quia textus, quoad hoc æquiparatur profus malitiam, & fraudem in tacendo.

Ooo 2 da

da veritate, vel exprimenda falsitate. At
dicens veritatem, quam explicare non te-
netur: qualis est iuxta veriorum senten-
tiam, circa causam impulsivam, nequit iu-
re optimo fraude, vel malitia notari. Hæc
enim culpam, & sanè non leuem impli-
cant: cum tamen nulla sit in eorum taciturnitate, qua quis explicare non tenetur.
Et confirmatur, quia licet in mendacij ex-
pressionem delictum sit, ac si non contin-
gat circa causam conducentem ad rescri-
pti valorem, non afficietur id delictum ma-
litia speciali mendacij ratione rescripti, in
quo contingit, Sicut mentiens in confes-
sionis Sacramento circa rem non necessa-
riò detegendam in eo, reus est mendacij
simplicis, ac non mendacij ad confesio-
nem attentius. Sicut ergo hoc mendacium
non vitiat confessionem: ita neque illud
debet vitare rescriptum. Et ideo huius sen-
tentia est Beronius dict. cap. super literis, in
secunda lectura. num. 53.

75 Vltimum dubium est. An hæc pena
irritationis totius rescripti ob subreptionem
dolofam in parte illius, inducatur ip-
so iure: atque ita literæ iustitiæ sic subre-
ptiæ, quas aliis non ipso iure ob subre-
ptionem irritari diximus numero 3. sint di-
cendæ ipso iure nullæ, quando subreptio
fuit dolosa? Pars affirmans suaderi vide-
tur, quia cap. sedes, in fine, de rescriptis,
& l. & si legibus. C. si contra ius, dicitur
hunc mendacem impetratorem debere pe-
nitens carere impetratis. At dictio, peni-
tens, importat ipso iure cap. finalis, cum ibi
adnotatis, de penis. Et docent alijs cita-
tis Decius cap. cæterum, in noua editio-
ne. numero 25. de rescript. Tiraquell. l. si
vnquam, verb. reuertatur. num. 1. q. vers. si.
26. C. de reuocand. donat. Secundò, quia
cap. super literis, de rescript. dicitur nul-
lum ex illis literis commodum consequen-
dum. At dictio, nullus, ob negationem vn-
iuersalem in ea inclusam denotat ipso iu-
re. Vt docent Glossa cap. innotuit. verb.
nullam, de elec. Et multis alijs citatis Ti-
raquell. dicto verb. reuertatur. num. 2. 43.
vers. 76. fallit. Et confirmatur, quia si li-
teræ valerent ipso iure, magnum commo-
dum consequeretur impetrans, contra di-
cto cap. super literis, decisio nem. *illud loy*

76 At dicendum est, non vitari literas iu-
stitiæ ipso iure, sive quoad partem subre-
ptam: sive quoad non subreptam, sed
ope exceptionis vtramque partem irritan-
dam esse ratione illius dolosæ subreptio-

nis. Ducor, quia eodem cap. super literis,
de rescript. asseritur iudicem datum in li-
teris his dolosis non posse cognoscere de
causa sibi commissâ, postquam sibi facta
fuerit fides de impetratis dolo. Ergo an-
te fidem sibi factam potest cognoscere, ac
proinde processus antea factus erit vali-
dus. Secundò, quia textus eodem cap. su-
per literis, ait in penam doli id rescri-
ptum vitari: cum tamen regulariter non
vitiet ipso iure subreptio literas iustitiæ.
(vt numero 3. diximus.) At pena non in-
curritur ipso iure, nisi quando id expre-
ssè in iure statutum reperitur. Vt notatur re-
gula in penis, de regulis iuris in 6. Quod
in hoc casu non reperitur expressum. Nam
verba illa, Nullum commodum consequen-
tur, & penitus careat impetratis: tantum
volunt, vt nulla pars illius rescripti dolo-
si valeat, sed omnes partes penitus valore
desituantur. Quare fateor dictiones hæc,
Penitus, & nullus, importare ipso iure,
quando non esset aliud in textu, cui ap-
plicarentur. At sic possunt applicari ad to-
talem rescripti annullationem, tam, scilicet,
quoad partem subreptam, quam non
subreptam. Ad quod confert doct. rina
Tiraquell. l. si vnquam, verb. reuertatur, vi-
bi cum numero 105. retulisset multos di-
centes dictionem, penitus, importare ip-
so iure: statim numero 108. versicul.
contrarium tamen, refert multos alios dicen-
tes non importare ipso iure; & ipse sub-
dit hoc esse verum, quando subiecta mat-
eria suadet non importare ipso iure. Quod
hic contingit, ne inducatur correctio tex-
tuum, quos num. 3. retulimus ad proban-
dum literas iustitiæ non annullari ipso iu-
re per subreptionem. Vnde dum textus
dicto cap. super literis, ait mendacem nul-
lum ex literis commodum consequutu-
rum: & textus numero præcedenti allega-
ti hunc penitus impetratis carere debe-
re, intelliguntur non illic, sed postquam
dolus oppositus fuerit, ac legitime pro-
barus. Et ideo hanc partem tenent Glof-
sa dicto cap. super literis, verb. nullate-
nus; & ibi latè Beronius in 1. le d'ura. nu. 25.
& 26. qm. qm. *lib. v. in fine. in 2. q. 1. 2.*

77 Sed maior difficultas est, an dispensa-
tionis, & cæteræ gratiæ videntur quoad
veramque partem ipso iure, & in foro cõ-
scientiæ sint omnino irrita, quando sub-
reptio dolosa fuit circa alterius solam par-
tis causam finalem. Verbi gratia, impetra-
uit quis dispensationem in vob. castitatis

& con-

78 & consanguinitate ad ducendam consan-
guineam, allegato verò incontinentiæ pe-
riculo, quod legitimam dispensandi in vo-
to causam præbet, & falsa saminæ pau-
peritate scienter, quæ est causa dispensandi
in consanguinitate. Quæ dispensatio in
totum vitatur, iuxta decisionem. dict. cap.
super literis (vt diximus nu. 72.) dubitatur
ergo an ipso iure, & in foro conscientiæ sit
irrita, quoad partem eam, in qua non fuit
subreptio, scilicet, quoad votum castitatis.
Nam de parte subreptiæ nullus dubitat.
Et videtur nulla ipso iure, & in foro cõ-
scientiæ, nulla sententiâ iudicis expecta-
ta. Quia literæ gratiæ subreptiæ sunt ip-
so iure in vtroque foro irritæ. (vt num. 3.
probauimus.) At iuxta dict. cap. super literis,
subreptio dolosa in vna parte dispensatio-
nis, reddit totam subreptam. (Sicut eni-
m diximus num. 54. ille textus loquens in li-
teris iustitiæ, procedit à fortiori in literis
gratiæ.) Tota ergo erit in vtroque foro ip-
so iure irrita. Et confirmatur, quia literas
iustitiæ non ipso iure irritari in eo textu,
inde contingit, quod huiusmodi literæ
non reddantur per subreptionem ipso iu-
re nullæ. Ac proinde, cum textus non ex-
primat penam nullitatis induci ipso iure,
inducetur vtique iuxta eam naturam, quæ
est, vt ope exceptionis irritari possint. At
literæ dispensationis, & gratiæ, sunt ipso
iure nullæ, quando subreptiæ sunt. Ergo
et ipso quod textus decidit vtramque par-
tem fore subreptam, decidit consequen-
ter vtramque partem fore nullam ipso iure,
& in foro conscientiæ. Tandem, quia si di-
cas hanc irritationem esse delicti penam:
(vt expressè dicitur eo. cap. super literis)
ac proinde sententiam iudicis ad eam in-
currendam desiderari. Obstat, quod hæc
non sit pena priuans impetrantem re sibi
iam acquisita. Quod propria pena ratio
perit, & ideo sententiâ iudicis indiget. Sed
solo lucro acquitendo priuatur impetrans,
idque ex voluntate concedentis, qui eam
esse explicuit dict. cap. super literis, vt do-
losus impetrans nullum ex ijs literis com-
modum consequatur. At pena huius ge-
neris nulla sententiâ indiget. Vt constat
in pena à testatore legatis adiecta.

78 At verius existimo, non irritari ipso iu-
re, & in foro conscientiæ eam partem dis-
pensationis, quæ vitio caruit, sed opus es-
se iudicis declaratione. Ducor, quod tex-
tus dict. cap. super literis, non decidat ra-
tione subreptionis dolosæ in altera gratiæ

parte, reddi quoque alteram subreptam:
vt vel sic per necessariam consequentiam
deducatur, alteram partem fore ipso iure
in vtroque foro irritam. Sed tantum deci-
dit debere impetrantem carere alterius par-
tis commodo, quæ aliis vitis erat: & non
quomodocumque decidit debere eo com-
modo carere, sed in doli penam. Ergo nõ
est cur ea irritatio sequatur naturam litera-
rum gratiæ subreptiarum, sed debet se-
qui naturam penæ: quæ est, vt non incur-
ratur ipso iure, sed post iudicis sententiâ,
vbi contrarium non inuenitur expressè de-
cisum in iure. Et confirmatur, quia hoc ius
est penale, & correctorium iuris commu-
nis, iuxta quod vitale per inutile non vitia-
tur, quando commodè separari possunt:
regula vitale, de regulis iuris, in 6. Ergo po-
tius est valde restringendum, ne ea pena,
& correctio censetur induta ipso iure.
Secundò, quia hæc irritatio non est om-
nino rei nondum acquisita. Cum ius ha-
beat impetrans, vt vitis pars dispensatio-
nis non vitietur per inutile: idque in iure
ipso Pontificio fundetur. Cum ergo in pæ-
nam hoc iure priuatur, desiderabitur ali-
qua iudicis sententiâ. Tandem, quia si tex-
tus dict. cap. super literis, non irritat ipso
iure literas iustitiæ sic obtentas, (vt dixi-
mus num. 76.) de quibus expressè loquitur.
Cur dicendum erit literas gratiæ irri-
tari ipso iure, cum de illis non loquatur is
textus, sed per quandam consequentiam,
& extensionem Doctorum trahatur ad eas,
(vt diximus num. 54.) Nec obstat dicere
naturam literarum gratiæ subreptiarum,
quæ ipso iure sunt nullæ, id petere. Id e-
nim faterer, si textus decidet alteram par-
tem eodem subreptionis vitio affici, ex
subreptione dolosa commissa in altera. At
cum id nõ decidat, sed solum ex ea parte
vitii nullum commodum consequendum
in doli penam, non rigidius hæc pena ac-
cipienda erit in literis gratiæ, quam in li-
teris iustitiæ: quas non irritat ipso iure. Et
ex his constat solutio ad argumenta con-
traria num. præcedenti adducta.

79 Tandem quia satis longa, & difficilis est
disputatio: placuit eam summam esse comple-
cti. Primò dico, tunc tantum esse subrepti-
am quæcunque rescripta gratiæ, vel iusti-
tiæ, ex taciturnitate veri, quando tacetur
veritas, quam iura expressis verbis declara-
ri iubent: vel est talis, quæ intrinsecè atti-
net ad dispensationem, estque causa finalis il-
lius: quia ea veritate expressa, aut omnino

Ooo 3 de-

denegaretur dispensatio, aut cum aliquo moderamine concederetur. Secundo dico, tunc similiter vitari ex falsi expressione, quando contingit circa causam finalem, ita ut ea falsitate non expressa, denegarentur literae: aut si esset moderamen adhibitum. Quod intelligendum est, quando plures causae narrantur, & finalis est vera. Nam si una sola causa naretur, & ea falsa sit, qualiscunque sit illa, non valebit rescriptum. Tertio dico, si ex literae motu proprio concedatur, valere non obstanti subreptione veritatis tacite. Secus si esset subreptio falsitatis narratae. Ultimo dico, quando falsi expressio, aut veri tacturnitas contingit circa solam causam impulsivam, licet dolo contingat, in neutro foro vitari literas. Si au-

tem sit circa causam finalem, sic distingendum est, si est causa totius rescripti, totum vitabitur, siue dolo, siue ignoranter contingat. Si solius partis est causa, & altera pars est omnino separata, illa sola pars vitabitur, in qua est subreptio etiam dolosa. Si autem partes coniunctionem quandam habeant, separabilem tamen quoad valorem, tunc si ignoranter, id est, non per fraudem, & maliitiam subreptio admittitur, valebit in utroque foro rescriptum, quoad solam partem in qua non fuit subreptio. Si vero per fraudem, & maliitiam, ea quoque pars vitabitur, & corrumpitur, in qua non fuit subreptio: non tamen ipso iure, & in foro conscientiae, ante iudicis sententiam, sed post illam.

DISPUTATIO VIGESIMASECUNDA.

An duplici ad eandem rem dispensatione impetrata, posterior subrepticia censetur, nisi prioris mentionem faciat?

SUMMARY

A N Quando non additur dispensatio, sed est executio prioris, sit opus mentionem prioris? num. 1.
 Quid, quod posterior dispensatio additur prioris? Referunt opinio affirmans num. 2.
 Proponitur probantia non opus esse mentionem prioris facere. num. 3.
 Sola dispensationis materia attendenda non est ea mentio necessaria, sed in quantum colligitur velle Principem, ut ea mentio fiat. num. 4.
 Non est necessaria mentio, quando non est aliqua contrarietas inter utraque. num. 5.
 Quid, si prior cum moderatione fuit concessa, & posterior absque illa? num. 6.
 Quid, si utraque ab inferiori concessa sit? num. 7.
 Quid, si in posteriori est clausula, motu proprio, & ex certa scientia? num. 8.
 Quid, si utraque dispensatio ab eodem petita sit? num. 9.
 Quid, si concedens posteriorem absque limitatione, nisi ex stylo Curiae solere imponi limitationem? num. 10.
 Quid, si qua impetrat dispensationem voti castratis cum limitationibus ex stylo Curiae imponi solitis, & postea eandem absolutam, tacita prioris? num. 11.
 Quid, si posterior ex noua causa sufficienti impetratur? num. 12.
 Quid, si impetrans dispensationem ad nubendum consanguineo, et non nubens, vel factam iam vi-

dam impetrat aliam ad nubendum alij consanguineo, non facta prioris mentione? num. 13.
 Quid, si perita dispensatio denegatur, & tacita denegatione impetratur? num. 14.
 Quid, si oratio dubia, aut scriptura circa valorem prioris dispensationis limitata, impetratur aliam amplius, tacita prioris non narrata? num. 15.
 Quid, si posterior sit limitator, an fas sit deposito prioris dubio, illa vitari? num. 16.
 Quid, si posterior non impetrata sit ad confirmandam priorē sed ad illam, qua limitator erat, attendenda, an utraque, tacita prioris corrumpatur? Referunt quaedam sententiae. num. 17.
 Proponitur sententia Authorem. num. 18.
 An impetrans dispensationem ad ducendam consanguineam, & nolens ducere, obtinuit dispensationem ad ducendam aliam, postea hac posteriori non ducta, vel iam viduus esset, vitari prioris dispensationem? num. 19.
 An si impedimentum matrimonij ex eodem, vel diversi generis crimine confurgat, & impetrata sit semel dispensatio, sit posterior subrepticia, non faciens prioris mentionem? num. 20.
 An prioris dispensationis irrita sit necessitas in re in posteriori? num. 21.
 Quid, si ab eodem utraque impetratur, & prior sit limitator? num. 22.
 An hoc posterior in totum corrumpatur, an quoad solam prioris excessum? num. 23.
 Soluuntur argumenta. num. 24.

I N hac disputatione non est mentis nostrae tractare de rescriptis iustitiae, quando, scilicet, altera pars impetrat rescriptum non faciens mentionem prioris ad se, vel ab adversaria parte impetrati. Nec etiam an posteriori privilegium non faciens mentionem prioris, illi deroget, quando prius est alteri concessum. Sed de his consulendi sunt Doctores cap. 1. & cap. ceterum, de rescriptis. Sed de solis dispensationibus agimus, quando posterior subrepticia censetur, eo quod prioris mentio facta non sit. De qua re nimis breuiter, & valde confusè tractant Doctores, & ideo difficilis est resolutio. Considerata autem inter omnes, quando dispensatio non additur dispensationi, sed est equitio dispensationis iam factae, non est opus prioris dispensationis mentione. Ut si cum homicida dispensatum sit ad beneficium obtinendum, non tenetur dum postea beneficium impetrat, de defectu illius, aut dispensationis mentionem facere. Quodiam in illo dispensatum secum sit, nec nupè dispensationem aliquam impetrat, sed priorem exequatur recipiens beneficium. Sic contra aliquos, quos tacito nomine ibi refert, tenet Ioann. Andr. cap. 2. num. 2. de filiis presbyteri in 6. & ibi Ancharr. num. vnicuique notabili 3. Dominicus num. 7. Francus num. 4. Abbas cap. penultimo. num. 14. de praescript. Rebuffus praxi beneficij de dispensationibus, in fine. Et in concordatis, in forma mandati Apostolici, super verb. dispensationum.

Difficultas autem est, quoties noua dispensatio prior additur, an ut posterior valeat, sit necessario prioris eidem concessa mentio faciendae? Et quidem communiter Doctores id affirmant. Ducuntur potissimum ex cap. 2. de filiis presbyteri in 6. ubi deditur subreptitiam fore dispensationem à Sede Apostolica impetratam, ut illegitimus obtineat plura beneficia, si prius ad vnum dispensatum secum sit, nec in posteriori dispensatione mentionem illius defectus faciat. Et redditur ratio, quod Pontificem prioris dispensationis consciū, non concessurum posteriorem, sit verisimile. Secundo, idem probant ex cap. penult. de praescript. ubi dicitur r subreptitium privilegium recipiendi Sacramenta à quouis Aristite absolute concessum cuidam Abbati, non facta mentione alterius privilegij prius eidem Abbati concessi nō ita ample, sed cum moderatione hac, si proprius An-

tilites ministrare noller. Tertio, ex l. 3. C. de Episcopali auctoritate, ibi: Remissionem venie criminis nisi semel commissi non habeat. Ex quo textu Guillelmus de Cuneo ibi, Bald. num. 4. Paulus nu. 9. & innumer alij, quos referunt, & sequuntur Tirquel. de poenis temperand. causa 10. num. 4. Couarr. lib. 1. variar. cap. 20. nu. 8. Anton. Gomez tomo 3. var. cap. 3. nu. 60. fine. Nauarr. lib. 1. consil. in utraq. editione. tit. de constitut. consil. 1. quest. 19. num. 53. & in extragan. de dactis pro iustitia, vel gratia, notabili 32. num. 48. verisimiliter obstat resolutio, Iulius Clarus lib. 5. receptorum, in practica crimin. §. finali. quest. 59. nu. 9. Sarmiento lib. 1. Sectarium c. 9. nu. 2. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria 3. casu 203. num. 32. Padilla. transigere. num. 69. C. de transactio. Bossius practica. tit. de remedijs ex sola clementia Principis. num. 35. Plaça de delictis. cap. 45. ad finem. Molina lib. 2. de primogen. cap. 4. num. 52. & lib. 4. cap. 3. num. 43. Rojas epitome successio. num. 23. num. 22. Gutier. q. canon. lib. 2. cap. 15. num. 89. Azebedo lib. 8. Recepti. tit. 1. §. 1. 2. nu. 14. Manuel 1. tomo summa. 2. editio. homicidij causa fore tacito alio homicidio prius remisso eidem. Idem de iudic. l. regia. tit. 15. lib. 8. nouae Recopil. Ergo similiter in secunda dispensatione super eadem rem impetrata, oportet primam mentionem facere, ut valida sit. Atque ideo generaliter, & indistincte loquentes colligunt ex dict. cap. 2. de filiis presbyteri in 6. in posteriori dispensatione, ut subrepticia non sit, necessario mentionem faciendam esse prioris; Glossa ibi post casus positionem, notabili. r. & ibi Ioann. Monachus initio. De cius consil. 695. vita donatione. num. 32. & 33. & consil. 54. r. num. 22. vers. 4. cogitandum, volum. 4. Parisius consil. 74. nu. 56. & 57. volum. 4. Iacobus de Fuceo decisio. ne 246. num. 2. & 4. lib. 1. Rebuffus in concordatis in forma mandati Apostolici, super verb. dispensationibus, & praxi beneficij, tit. de dispensatione super defectu natalium. num. 59. & tit. de dispensationibus. nu. 24. addens. nu. 25. nō sufficere, si in posteriori dispensatione dicatur, nō obstat prior, nisi illius quoque mentio fiat. Couarr. lib. 1. variar. c. 20. nu. 8. fin. Menoch. de arbit. lib. 2. centuria 3. casu 201. nu. 39. & casu 203. nu. 33. & 34. Molina lib. 2. de primogen. c. 4. nu. 51. Mer. de maior. in iudicio. l. p. q. 7. n. vnicuique. col. 2. Gutier. q. canon. lib. 2. c. 15. nu. 91.